

PAVLI AEGINETÆ PERIODE V  
ti in suum de re medica opus, præfatio.

PAVLI LABOREM NOSCE ME  
qui plurimas inuisit orbis terras, ægina satus.



On equidē opus hoc, quasi veteres aī/a  
qua arti necessaria prætermiserint, com-  
ponere sum aggressus, sed totam ut dis-  
ciplinam in compendium redigerem.  
E contrario enim illi recte quidem om-  
nia & integre elaborauerunt: recentio-  
res autem præterq; illos ne legere q;  
dem curant, etiā loquacitatis adhuc co-  
arguunt. Qua ratione impulsus volumen istud elucubraui.  
quod illis sanè qui ipsum, ut uerisimile est, habere uelint, eore  
quæ legentur commentarius, mihi uero exercitiū loco erit.  
Absurdum nanc; fuerit rhetoras uti compendiosis iudiciale-  
bus libellis, & ad circumferendum accommodis, in quibus le-  
gum capita continentur, ut dum usus postulat, in promptu  
habeant, nos, nullam eorum habere rationem: quum illis nō  
paucō tantum, sed iam longo etiam tempore, ipsorum inspe-  
ctione supersedere liceat: nobis neutiq; aut certe raro ea facul-  
tas concedatur. Et enim usus in quibusdam morbis frequen-  
ter nullam ferens dilationem certamen inducit. ob qd recte  
Hippocrates occasionem dixit p̄cipitem. Illos p̄terea in so-  
lis fere urbibus rerum utilitas incitat, ubi & libri nequaq; desig-  
derantur: medicis autem non tātum in urbibus, aut agris, aut  
etiam locis desertis, uerum iam quoq; p̄ mare frequenter in  
ipsis naubus subita morboq; necesis ingruit: in qbus dilat-  
io mortem, aut oīo extrellum adserit discrimen. Q m̄ igit  
uniuersas medendi rationes, aut particularem oīm materia-  
memoriter tenere uel difficultime uel nequaq; aliq; possit, cō-  
pendiū hoc ex veteribus collegi. Nulla, n, de meo inserui, ni-  
si paucula qdam in artis operibus mihi & uisa & comperta.  
Nam quum plures egregios authores, magisq; Oribasium

ipsum, unde primū librum, quo totā de tuenda ualeudine rationem cōprehendi, sum mutuatus, q̄ ille ex iis q̄ aetare Galenum sequuti sunt, adeo q̄ recentior adhuc extiterit, plegissim optima quæq; ex ipsis se legi, nihil quatenus licuit, ex morbis prætergressus. Etenim Oribasii ipsius uolumen, à septuaginta libris quos continet Hebdomecontabilion appellatum, q̄ totam in se artis materiam cōplete titut, non oēs, q̄ grandius sit comparate sibi possunt. In huius autem Epitome ad Euſtathium filium scripta, præter q̄ pleriq; morbi non attingātur, etiam imperfectam reliquorū speculationem uideas, parum causarum partim signorū: nonnunq; & curatio integra desideratur, ceu alia in memoriam uenerint.

**P R AESEN** commentarius notas, causas, curationem, oīum morborū cōtiner, ſimilarium, instrumentorū, & eorū quæ ad unitatis diuortium pertinet. id q; non summatis, ſed quatenus licet ample & diuife. Ante hæc aut oēm uictus rationem q̄ ſanitati tuendæ facit, expoſuimus. Postremū autem librū de simplicib; cōpositis j; medicamentis cōſcripſimus.

**Q VID SINGVL SEPTEMBER TOTIVS OPERIS**

libri, nam totidem habentur, continueant.

**P RIMVS** omneg ſanitatis tuendæ rationem tradit: item quomodo morbi peculiares aetatis, anni temporibus, tem peraturis, aliisq; nonnullis, caueantur emendenturq;. Præterea ciborum omnium uires & uifus habet, ut in capitibus cōprehensum eſt.

**SECUNDVS** febreis uniuersas enumerat, ita ut præponantur ipsis, quæ eo conferunt, exempli gratia, notæ ex recre mentis, diebus decretoris, & id genus alia. Subiunguntur autem caſus qui febribus ſuperueniunt.

**TERTIVS** affectus declarat, qui singulis corporis partibus obueniunt, ſic ut à ſummo capite ad imos pedes, adeo q̄ ungueis descendant.

**QUARTVS** agit de exterioribus & ueluti in aperto cō tractis uituis, quorum non certæ ſedes assignari poſſunt, ſed plureis particulas infenſtant. In quo & de lumbricis, & dracunculis tractatur.

**Q V I N T V S** de animalibus i<sup>c</sup>tu mortu<sup>e</sup> ueuenient re  
linquētibus disserit, ubi & de rabio si canis mortu<sup>e</sup> & meu<sup>a</sup> as  
qua<sup>e</sup>, adhaec de nō rabidi canis mortu<sup>e</sup> hominis q<sup>j</sup>, agitur. In  
bi de ueenientis eorumq<sup>j</sup> remedis disputatur.

**S E X T V S** chirurgicam oēm exponit, tū q<sup>j</sup> carnis uitia cu  
rat, ubi & teli extrahendi ratio comprehenditur, tum q<sup>j</sup> ossiū  
fracturas, luxationes q<sup>j</sup>, artuum complectitur.

**S E P T I M V S** omnium medicamentorum uiteis conti  
net, primum qdem simplicium, deinde & cōpositorum, eos  
rumque potius q<sup>j</sup> in'lex alior<sup>g</sup> librorum discursu commen  
ni præsertim maiorum & nominataq<sup>j</sup> compositionum. Scio  
enim illic non omnes diffuse explicari, ne disciplina tedium  
afferat: tum, ut quarens aliquis unam, aut etiam plureis nobis  
leis conjecturas, facile inueniat. In fine adduntur nonnulla  
ad medicamentorum compositiones utilia, item de alternan  
tibus inuicem remedis agitur, ut totus liber in disciplinam  
de ponderibus & mensuris desinat. Incipiemus itaque pri  
mum uolumen.